



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

74. S. 103.

MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K. K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

74. S. 103

BIBLIOTHECA PHILOSOPHICA,

sive:

ELENCHUS

SCRIPTORUM PHILO-
SOPHICORUM ATQVE PHILOLO-
GICORUM ILLUSTRUM, QUI PHILOSOPHI-

am ejusq; partes aut omnes aut præcipuas, quo-
vis tempore idiomate usque in annum præsentem Redem-
ptionis M. DC. XIV. descripserunt, illustrarunt & exornarunt,
secundum artes & disciplinas, tum liberales tum Mecha-
nicas earumque titulos & locos communes,

autorumque nomina ordine alpha-
betico digesta.

ACCESSERUNT GRÆCÆ LATINÆ QVE LINGVA-
rum tum prosarum tum ligatarum Autores classici, illorum atates
atq; interpretes, ac inde extracta variarum linguarum Lexica,

Loci communes, Apophthegmata, Colloquia, Phra-
ses, &c. additis ubi vis loco, tempore
& forma impressionis.

Universis & singulis omnium artium & scientiarum Stu-
diolis, ad studia sua commodius formanda, maxime
utilis & pernecessarius,

Conciannatus studio & opera

PAULI BOLDUANI STOLP. POM.
ECCLESIAE CHRISTI, QUAM VESSINI
sibi collegit, Pastoris.

J E N Æ

Apud JOANNEM WEIDNERUM, Impensis
HÆREDUM Thomæ Schureri, Bibl. Lips.

∞ LC. XVI.

Ex Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ Vindobonensi.



CLARISSIMIS, SPE-
CTATISSIMIS, PIETATE, SIN-
cera religione, multipliciq; doctrina præ-
stantiss. ac omni virtutum genere ornatissimis

V I R I S,

Dn. M. Petro Myrschæo Rectori	} Florentis Scholæ Stolpenſis Collegii fidelissimis ac inte- gerimis.
Dn. Joanni Madero Conrectori	
Dn. Joanni Gottingio Subrectori	
Dn. Micheëli Drenckhanen Cantori	

Dominis, Compatribus & amicis suis exi-
miis ac singularibus, debitâ observantiâ plu-
rimùm honorandis.

Nec non

NOBILISSIMIS, HONESTIS, INGENUIS
*atq; optima indolis, fragis æſpei Juvenibus ac pueris, pie-
tati, bonis literis & moribus humanioribus in eodem Lyceo
operam ſedulam navantibus, omnibus ac ſingulis ami-
cis & filiis ſuis, omni favore & obſequio
complectendis.*

Salutem, gratiam & pacem Dei, pretioſo merito Filii
illi coeterni & conſubſtantialis reparatam. ac Spiritus Sancti
operatione in cordibus veſtris confirmandam, ex animo
precatur & optat Paulus, Bolduanus Eccleſiæ
Veſſinianæ Paſtor.



*Eius & natura nihil faciunt fruſtrâ,
Harmonicis & ex abditiffimo ſapidiffimoq; de-
liciarum Apollinearum paradiſo depromptus,
Chori Philoſophici conſenſus verè reſonando re-
fert: ſiquidem omnia apprimèq; homo propter ſinem ſint &
agant. Quemadmodum enim ad curſum equus, ad aran-
dum*

EPISTOLA

dumbos, cunctis ad indagandum: sic, Tullio eloquentia Ro-
mana Principe attestante, homo ad duas res intelligendum
& agendum natus est. Utriusq; finis sine sudore ac citra
pulveris jactum consequendi gratia, principium principio-
rum causa causarum finiumq; omnium finis & infinita essen-
tialisq; bonitatis Ens Jehovah, creaturarum suarum princi-
pi futuro Protoparenti spiritum rationalem sive animam,
& in atq; cum ea duas primarias facultates, intellectum
nempe & voluntatem inspirando contulit. Utraq; ante la-
psum calamitosissimum ac damnosissimum, sua perfectione
& obedientia spontanea, dotibus eximius alius, conditoris
nutum oblectabat: Intellectus admirabili luce rerumq; om-
nium cognitione: Voluntas sancta conformitate sua vis-
maq; consensione, omnes etiam facultates reliqua, duabus il-
lis subordinata, prompto obsequio & excellenti congruentia
opificis illius imaginem, tersissimi lucidissimq; instar speculi
pulcherrimè referebant. At d' dolor atq; decus! Hem de-
cus, invidia squalore turbatum ac decurpatum, hem blandi-
menta fallaciter laceffentia, hem argumenta per dolos cir-
cumvenientia, hem divini interdicti interpretamenta spe-
liantia! Serpentis antiqui machinis oppugnatus & expu-
gnatus homo, intra temporis intercapedenem augustissimam,
integritatem & excellentiam amisit augustissimam. Hei mihi
qualis, quantum mutatus ab illo! Usq; profectò, ut in conna-
turalis seu concreata perfectionis liberiq; Judicij & electio-
nis locum, servum (praesertim in spiritualibus) arbitrium
ac destructio primæ imaginis successerit. Veruntamen
qua Jehovah Archetypi illius infiniti infinita est misericor-
dia, substantialia seu essentialia hominis lapsu & apostasia
damnabili, non sunt prorsus abolita. Nec enim vera &
perfecta illa rerum divinarum & humanarum cognitio,
eras

D E D I C A T O R I A.

erat ipsa mens, sed in mente: nec liberum arbitrium ipsa voluitas, sed involuntate residebant. Remanebat igitur mentis humana facultates, intellectus & voluntas, sed ille per peccatum tenebris obscuratus, hac miserè depravata, Deoq; additumica, ut ad creationis metam, à Creatore primitus indicatam, neutra collimare rectè perstringere ad eam valeat. Quid igitur boni sperandum? an desperandum? an ideo divina præscientia est lapsa ac delusa, quia homo delusus lapsus est? an ideo frustra factum fuisse opinabimur hominem, quandacum labilem fuisse factum audivimus? Neutrum istorum. Qui etenim omniscius & liberrima voluntatis est, quomodo in præscientia sua fallatur? Quidni consistorum suorum attingat scopum, in cuius manu erigente, dirigente, corrigente omnia sunt posita? Ipse ne finem actionum suarum assequatur, qui fines omnibus finitis & finiendis præfigit, ipse Solus infinitus omnium finium finis. Ad eum hominem contemplerur, is quamvis captus, lapsus ac labefactus horrendum, nihilominus ad fines duos, intelligentem scilicet ac agendum natus est, ut in præmij huius lumine referebamus. Nec finem duntaxat duplicem in ἀλλοιογνώσιαν καὶ καλοκαγαθίαν, sed & mediā per quā ad illum pateat progressus; quō & intellectus rudis, à naturā tantum inchoatus, detergatur & perficiatur, & voluntas à medio oritate deficiens, ad recta rationis dictamen & honestatis normam reflectatur ac reformetur, ut veritas & vita integritas amico fœdere jungantur, consuetum habet gens hominum.

Mediā & medicamina morbis illis animi curandis destinata, nobis ab immortalis Deo concessa, alia sunt natura alia doctrina. Reliquis enim J E H O V A homini

disposi-

E P I S T O L A

dispositionem & aptitudinem naturalem, qua disciplinam vitamque redtrices & correctrices, cum expatit, tunc percipiunt. Omnes enim sciendi desiderio tenemur, ait Philosophorum Carrypheus acutissimus, & natura vii ingenitae res intellegimus. Anima valut regina in cerebri throno residens, palles tunc totius totum occupat: fuculcata, bonitate ingenij sagaciter invenit, sapienter percipit, velociter cognoscit: iudicij dexteritate objecta cognita prudenter dijudicat: memoria res perceptas fideliter retinet, conservat, non ubi opus fuerit, promptè reddendo reponit. Imò tanta maiestatis regina est, ut etiam in corpore, corporis organis non utatur, sed adhibet quasdam separatas inorganicas habeat. Stas uere etenim mentem naturarum lamine baud offepradam, nihil aliud est quàm sculpere animam intelligentem sine intelligentia. Consulamus animæ causa actionis, ov Apostoli Tharsensis documentum, Rom. 1. v. 19. quo super effusa mentibus humanis aliquas notitias ex ipsa imagine dei deperditæ adhuc adeò residuas evincit, ut Gentes opus legis in cordibus scriptum habere profiteatur. Quænam admodum enim infantulus in utero habet speciem suæ conservationis, per quã vix dum editus, vult sugere, ideò, labra movet non potest: sic mundi hominis impressa natura ipsa quasdam notiones, tanquam seminaria omnis cognitionis, quibus cum adminiculis quibusdam mens adjuvatur & cœn radiis quibusdam, quos ideo nonnulli lucem primigeniam appellant, diriguntur ad verum cognoscendum, & a falso citius discernendum.

Naturam itaq; hanc fugit, informat & promovet (Lyricorum Principe cantante) DOCTRINA siue Ars, quam sensus & Ratio artificum pepererunt. Cum etenim in beatitudo nihil sit in intellectu patientia, quod non prius fuerit in Sensu

DEDICATORIA

*Sensu: siquidem opus sit irritatione & impulsione objecti ex-
terni in sensum incurrens. Ideo sensus ut mentis nanctij
ora singulares & exemplarum, deprabundant, deprabun-
sa suggerunt intellectui patenti, cui succurrit intellectus na-
gens sua ratio excultrix & dijudicatrix observationibus,
inductionibus, praeceptis methodicis artium, hominem collu-
strans, ut monstratis & intellectus fidem omnino adhibeat.
Recensentur autem artes liberales septem, quarum cum cæ-
teris scientiis myriadae ac myriadae distribuuntur. No-
munda seu preparatio ad scientiam, modum tractandi ali-
quid praescribens, est Logica vel Mathematica. Logica est ratio-
nis & orationis simul. Oratio aut pensatur, quâ nuda,
simplex & pura est, hac Grammatica est: aut quâ vera vel
falsa, hac Dialectica: aut quâ splendida, ornata, amplificata,
hac Rhetorica est. Mathematica de quantitate agit, atq; spe-
ctatur vel in sonis & diversis valoribus notulis, hinc Musica:
vel in multitudine seu numeris, hinc Arithmetica: vel in
magnitudine & continuatione longitudinis, latitudinis &c.
hinc Geometria: vel in distantia & motus diuturnitate aut
brevitate aliq; corporum caelestium affectionibus, hinc A-
stronomia primordia sumpsit videtur. Naudæa seu ipsa ern-
dicio & sapientia, complebitur Physicam rerum naturalium,
& Ethicam morum conformandorum doctrinam, qua
vocabulo uno latius accepta comprahendit & Politicam spe-
cialem & Economicam, quarum illa vel universi generis
humani, vel alicujus tantum regionis aut civitatis societas
spectat. Quemadmodum ex Physica Medicina, ex Politi-
ca Jurisprudencia: ita ex Ethica Theologia efflorescit.*

*Omnes ferè hæc usq; Latine ac Laconice recensita artes
ac scientia magnifico Philosophiæ titulo comprahensim in-
figuntur, quæ sunt incomprahensibile donum Jehovah est.* ^{1. Tuscul.}

Patri

E P I S T O L A

Patriarchis tum ante, tum post Diluvium superstitiis gratuitò concessum, sagacibus, cultum & exercitatione auctum, quo omnia necessaria, quatenus cognosci ac perfici possent, natus animi contemplantis, cognoscerentur, ac recta rationis ductu perficerentur, ut homunciones quoad ejus fieri posset, sapientiam ac prudentiam filii compararent.

- Quid enim homo absq. Philosophia aliud, quam
(ut Seneca & ex eo alij meminerant) perpetui tumultus pro-
3. Tuscul. fitibulum? Nihil verò aliud Philosophia correctius, quam
perpetua tranquillitatis palladium. Hinc animi medicina
vocitatur Philosophia, cujus auxilium, non ut in corporis
morbis petendum & foris; sed omnibus opibus viribusq., ut
5. Tuscul. nosmet ipsi nobis mederi possumus, elaborandum est. Eamq.
ob rem haud immeritò exclamamus cum Cicerone: O vita
Philosophia dux! O virtutis indagatrix, expultrixq. vitio-
rum! quid non modò nos, sed omnino vita hominum sine te
esse potuisset? Tu urbes peperisti; tu dissipatos homines in
societatem vitam convocasti. Tu eos inter se primò domiciliis;
deinde conjugis; tum literarum & vocum communione jun-
xisti. Tu inventrix Legum; tu magistra morum & discipli-
nae fuisti. Tu vitam tranquillitatem largita nobis es, & terra-
rem mortis sustulisti. Ac vani Autolyces ac pompeii Neo-
ptolemi, literarum Apostolicarum nescij sciolis, haud inju-
ria illi nominantur, quos velut araneos ex rosa venenum,
ex Philosophico succo virus, suapte ut malo proposito, ita le-
thali exitio delectat & sugere, & protervitèrne an pueri-
liter dicam objectare? Philosophia decepatrix est, non pau-
cos à divinis eloquiis abducit, ad haereses perducit. Verùm
enimverò vocis honoratissima abusu scelerata calliditas palli-
atur, Philosophi salutantur rectius ambidextri, agyrta ac
blaterones appellandi, qui juxta elementa mundi res divinas
astimant

Coll. 5. v. 8.

DEDICATORIA.

affirmant, ac rationis corrupta decempeda mysteriorum co-
lestium altitudinem ac profunditatem metiri moliantur, ac Luc. 10.
alibi sapientes hujus mundi, quos carnali sapientia superbi- v. 21.
entes Deus infatuet, vocantur in sacris: in prophanis verò
ab Epicteto, si qua fides Gellio: Φιλόσοφοι ἀνευ τῆς πράξεως, Gell. lib. 17
μηδὲ τῆς ἀγέης, h. e. factis procul, verbis tenuis; Cum verò cap. 17.
Philosophia sanciat, ne orationi vita dissentiat, ut verbis o-
pera concordent.

Comparatur autem vera hac genuina jureq; suo dicta
Philosophia, cujus finis est veritatis agnitio & honestatis ex-
ercitatio, tum institutione, tum exercitatione. Institutio
seu fidelis interpretatio & Præceptorum explicatio, tum est
doctoris, tum discipuli diligentis. Doctor aut viva docet vo-
ce aut scripto. Viva vocis mira est ἐνέργεια & vis occulta-
ta, qua in scholis sacratissimis illis officinis resonat, idedq;
præsentia Trinunius Jehova attentis auribus, humilibus
cordibus, compositis moribus ibi honorari debet, ubi vox
Præceptoris resonat. Ipse etenim vicarius Dei est & Legatus
sacratissimus, cujus ore seu lingua velut organo ipsemet in-
visibilis & incomprehensibilis, sibi deditam errare velit ju-
ventutem ad salutem, qua aliquando publicis & privatis of-
ficiis rectè præsse queat. Eum in finem olim à primo statim
conditi orbis initio, constituta sunt Schola, exemplum ipso
Jehova adumbrante. Quàm primum enim hominem mas- Gen. 1. v. 28
culum & fæminam creaverat, benedixit eis & ait: Cresci-
te & multiplicamini. Quæ benedictio fecunditatem, fe-
licem statum parentum & liberorum, exoptatum successum
in Oeconomia & Politia complectitur.

Liberi autem illi, universaq; posteritas, etiamsi primi pa-
rentes non fuissent lapsi, in cæcum evasisset Scholasticum.

b

qui

E P I S T O L A

Patriarchis tunc antequam post Diluvium superstitibus gentibus concessum, sagacibus, cultura & exercitatione auctum, quo omnia necessaria, quatenus cognosci ac perfici possent, studiis animi contemplantis, cognoscerentur, ac recte rationis ductu perficerentur, ut homunciones, quoad ejus fieri posset, sapientiam ac prudentiam filii compararent.

Quid enim homo absq. Philosophia aliud, quam (ut Seneca & ex eo alij meminerant) perpetui tumultus pro-

3. Tuscul. perpetua tranquillitatis palladium. Hinc animi medicina vocatur Philosophia, cuius auxilium, non ut in corporis morbis petendum & foris; sed omnibus apibus viribusq., ut

5. Tuscul. nosmet ipsi nobis mederi possimus, elaborandum est. Eamq. ob rem haud immerito exclamamus cum Cicerone: O vita Philosophia dux! O virtutis indagatrix, expultrixq. vitiorum! quid non modo nos, sed omnino vita hominum sine te, esse potuisset? Tu urbes peperisti; tu dissipatos homines in societatem vita convocaisti. Tu eos inter se primo domiciliis; deinde conjugis; tum literarum & vocum communione iunxisti. Tu inventrix Legum; tu magistra morum & disciplinae fuisti. Tu vita tranquillitatem largita nobis es, & terram mortis sustulisti. Ac vani Autolyces ac pompeii Neoptolemi, literarum Apostolicarum nascij scioli, haud injuria illi nominantur, quos velut araneos ex rosa venenum, ex Philosophico succo virus, suapte ut mala proposito, ita lethali exitio delectat & sugere, & proterviterne an pueriliter dicam objectare? Philosophia deceptrix est, non paucos à divinis eloquiis abducit, ad haereses perducit. Verum enimverò vocis honoratissima abusu scelerata calliditas palliatur, Philosophi salutantur rectius ambidextri, agrytae ac blascerones appellandi, qui juxta elementa mundi res divinas aestimant

Coll. 1. v. 2.

DEDICATORIA.

affirmant, ac rationis corrupta decempeda mysteriorum coelestium altitudinem ac profunditatem metiri moliantur, ac alibi sapientes hujus mundi, quos carnali sapientia superbi-
Lucæ 10. v. 21.
 entes Deus infatuet, vocantur in sacris: in prophanis verò ab Epicteto, si qua fides Gellio: Φιλόσοφοι ἀνευ τῆ περὶ αὐτῶν, Gell. lib. 17 cap. 17.
 μέγας τῆ λέγειν, h. e. factis procul, verbis tenus; Cum verò Philosophia sanciat, ne orationi vita dissentiat, ut verbis opera concordent.

Comparatur autem vera hac genuina jureq; suo dicta Philosophia, cujus finis est veritatis agnitio & honestatis exercitatio, tum institutione, tum exercitatione. Institutio seu fidelis interpretatio & Præceptorum explicatio, tum est doctoris, tum discipuli diligentis. Doctor autem viva docet voce aut scripto. Viva vocis mira est ἐνέργεια & vis occultata, quæ in scholis sacratissimis illis officinis resonat, idedq; præsentia Trinunius Jehova attentis auribus, humilibus cordibus, compositis moribus ibi honorari debet, ubi vox Præceptoris resonat. Ipse etenim vicarius Dei est & Legatus sacratissimus, cujus ore seu lingua velut organo ipsemet invisibilis & incomprehensibilis, sibi deditam errare velit juvenentem ad salutem, quæ aliquando publicis & privatis officiis recte præsse queat. Eum in finem olim à primo statim conditi orbis initio, constituta sunt Schola, exemplum ipso Jehova adumbrante. Quàm primum enim hominem masculum & fœminam creaverat, benedixit eis & ait: Crescite & multiplicamini. Gen. 1. v. 28
 Quæ benedictio fecunditatem, felicem statum parentum & liberorum, exoptatum successum in Oeconomia & Politia complectitur.

Liberi autem illi, universaq; posteritas, etiamsi primi parentes non fuissent lapsi, in cætum evasisset Scholasticum,

b

qui

EPISTOLA

qui interdum jucundè in horto Eden opanturus, interdum de Creatore Domino disertaturus, cumq; laudaturus fuisset. Imò totius vita integra curriculum perpetuè xalæ, ocium liberale & exercitium suave fuisset. Et antiquissima quæq; etiã lapsū antegressa si respexeris, nonnè Jéhoa Præceptor primus ipse fuit, & Præceptor sui discipuli Adami, etiã ante creatam Evam, & antea-expressam conjugij institutionem seu dispensationem primam. Gen. 2. v. 15. 16. 17. 18. & seqq. Postmodum Adam Philosophicum specimen etiam ante lapsum Deo edidit, cum animantibus omnibus ad se divina auctoritate adductis, nomina convenientissima, Deo censore & approbatore tribuerit. Nomina verò rebus imponere, quin sapientia summa sit, nemo, uti spero, nisi aut à Platonica sapientia & recta rationis judicio, Liberi de nudior, ibit inficias. Corruptio natura Philosophiam priorem admodum obscuravit, non tamen humanis è mentibus exterminavit. Adamus suam habuit scholam, Josepho lib. 1. antiqu. cap. 4. teste, in qua liberos & posteritatem tam in Theologicis, quàm aliis scientiis informavit perfectius quàm atas consequens. Noachus ante Diluvium domestici Ludimoderator fuit, filios ac nurus erudit, nec in arca officio suo defuit. Aquis Diluvij paulatim terrâ absorptis & absumptis, frequentiores fuisse congressus, in quibus non tantum de religionis capisibus, sed etiam de sapientia humana, motibus cælestibus cursu astrorum, partibus annum integrantibus, Iridis causis & significatione monumenta didacticalia auditoribus suis impertiverit ac illustraverit, Berosus antiquissimus post Moysen Historicus, lib. 3. antiqu. pag. 24. testis est. Abrahamo ceu Rectori perpetuo testimonium perhibet ipse Dominus: Scio quòd præcepturus sis filiis suis

Gen. 18.
v. 19.

DEDICATORIA.

suus & domus sua post se, ut custodiant viam Domini, & faciant iudicium & iustitiam, &c. quo ad promissionem de venturo semine. Quo ad Philosophicarum disciplinarum secretiorem indaginem, Deus ipsi ceu peritissimo Mathematico & Geometra ex terra pulvere: ceu ingeniosissimo Astro-nomico & Arithmetico, ex multitudine stellarum, posteritatem suam fermè innumerabilem agnoscendam præbet. Cuius autem ex Præceptoris ore Josephus eam hausisset sapientiam, cui similem Pharao invenire non potuit, nisi ex Patris Jacobi, avi Isaaci & Abrahami evidentissimis professionibus & prudentissimis dissertationibus? Cum lex Mosi data est, jam clarum mandatum de Scholis auditum est. Constitutum est enim, ut ad tabernaculum semper essent cætus docentium & discipulorum. Illud Collegium vel Academia optimè constituta, usq; ad Christum, circiter 1500. annos doctrina divina interpret & custos fuit. Act. 7. Si urbes Levitarum Moese fundatore erecta, quid illa quæso aliud, quàm Padotribia ad juveniles animos virtutibus imbuendos, constituta fuerunt. Ut in omnes tribus inde, tanquam ex Arca Noë, emitterentur columba, nuncia pacis & reliqui homines ab istorum collegiorum discipulis in vera religione, & in aliis rebus necessariis egregiè scientiâ exornarentur. Postea cum negligerent studia Sacerdotes, Deus excitavit Prophetas, qui magnas catervas discipulorum secum traxerunt. Tantum enim agmen erat discipulorum Elisai, ut cum antea in Hiericho habitassent, postea propter eius loci angustiam quaerent ad Jordanem aliam sedem. Hinc Colonia orta & ducta non modò in Babyloniam, ubi Daniel & socij instituti sunt, Dan. 1. v. 16. verùm & in Persiam, ubi reliqui Magorum stellam novam præsentis Messie monstraticem ab omnibus aliis diversam, agnoscences, usq; ad Jesu videndum adventum in carnem remanserunt.

Gen. 13.
v. 16.

13. v. 5.
41. v. 38.

Deut. 17.

2. Reg. 6.
v. 1.

E P I S T O L A

*Ad novitestiamenti historias & exemplum exemplum
Christum Jesum dum manum animam calamumq; pro-
moveo, quid Deum immortalem! admirabilioribus tubis &
encomiastica predicatione dignius, ac vite generi Scholasti-
co honorificentius usquam vel unquam reperias? quam quod
ipsa increata Sapientia & Salvator mundi, verus Deus &
homo verus Preceptorem, Magistrum atq; Doctorem egerit,
prater duodecim Apostolos, alios septuaginta discipulos ele-
gerit, in schola sua nutritiverit, demum doctos, ut passim*

*Evangelium predicarent, ablegaverit. Joannes Ba-
ptista, quo major ex mulieribus nemo vitales in aures editus,
unquam extitit, in vatis & optatis huc habuit unice, ut gre-
gem discipulorum collectum artibus informarent, ac de Mes-
sia exhibiti persona & officio certiore faceret.*

*Scholis enim illis sanctissimis Ergastulis tubartis &
Cathedris conticescentibus Christianam religionem retrò
sublapsam referri & exulatum ire necesse est. Ruinam banc*

*ut Julianus Apostata, similesq; tyranni tantò furiosius ac se-
stinantius accelerarent, conventus Scholasticos disperse-*

*runt & abrogarunt. Contra ineffabilis omnipotentis Dei
benignitas excitavit, animavit & armavit probiores Im-
peratores, Constantinum, Constantinum, Carolum re nomi-*

*neq; Magnum, Ottones Henricos. & benè multos alios cum
Basilio sentientes, quod Schola sint ψυχῶν διδασκαλεία λόγου
καὶ θεογνωσίας παιδευτήρια, qui in Italia Germania &
Gallia Academijs Regnorum, Ducatum, Principatuum
& urbium Ornamenta & munimenta crexerunt, privile-
giis donaverunt, Professoribus stipendia ac διδάκτρα libera-
liter elargiti sunt, immunitates & bonorum gradus ipsi
decreverunt.*

*Cognitum enim persuasissimumq; sibi habuerunt,
bardos:*

DEDICATORIA.

Barbos & barbaros eos esse, qui lucernâ Ch. e. viri sapientis operâ) uti velint, eidem tamen oleum nullum infundant. Cum aqvisissimum sit, maximo & optimo labori, maximum bonorem & mercedem conferri. Quis verò labor gravissimus? Respondeat pro me Theologo Philosophus anigmatis: gravissimi labores sunt quatuor. 1. Docentis. 2. Imperantis in bello. 3. Precantis. 4. Parturientis. Cui suffragatur Orator ille Tullius lib. 2. de divin. pronuncians: Nullum munus Reip. afferre majus meliusve possumus, quam si doceamus atq; erudiamus juventutem, iis præsertim temporibus & moribus, quibus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrenanda atq; coercenda sint. Idcoq; (addit idem alibi; nulli bonarum artium Magistri non beati putandi, quamvis consenuerint vires atq; defecerint. Nec neglegendi sunt Pedagogi, sed quodammodo colendi. Persona ipsorum planè divina sunt, à Deo ipso sapientia & iustitia, quam aliis etiam communicare possint, ornata & armata: autoritate quadam sancta & inviolabili, ob quam Præceptorem non minus quàm parentem contemptui habere. Contumelia aut contumacia aliqua offendere ne fas sit, circumdata.

Officii quoque ratione de Præceptore sentiendum honorificè, quod nempe is bonus & fidelis, si alter discipuli parens, & quidem parens animi, tantò præstantior habendus parente corporis, quantò animus ipse, per quem homo verè demum est homo, præstat corpori. Quales quæso nascimur ex parentibus? mente rudi, animo informi, ergò si membra Ecclesia & Reipublica utilia fieri velimus, Præceptoribus erudiendi & Philosophica forma infor-

EPISTOLA

mandi tradamur necesse erit. Siquidem tunc demum habitura optima Respub. si divini Platonis augurio, Philosophi imperent, aut qui admovendi ad clavem civitatis sint, Philosophiam didicerint. In hunc finem etiam Collegia Canoniorum & Monasteria primitus condita sunt, non ut essent fucorum alvearia, ignavorum hominum volutabra, & porcorum harena, sed in quibus juvenus exerceretur, & ad quavis iusta officia, in societate humana, discerent prepararentur & habiles fierent. Et cum in Collegiis Canoniorum studia negligerentur, quod essent occupati Regum & aularum negotiis: munus docendi in Monasteria est translatum. Hac cum onerarentur ceremoniis, non potuerunt docendi laborem molestum & difficilem simul sustinere, renovata sunt Schola, tum universales tum particulares. Ac peregrinis ommissis, Pomerania & nostra hanc Orientali seu Eoa Pomerania urbem Stolpam, quod Пулава, neque conservavit, amplificavit, illustravit? Fundamenta urbis hujus jam olim ac diu ante 333. Salvatoris annum facta, manibus extructa, vallibus munita, machinis bellicis instructa fuere. At eadem hanc non protexerunt ac posteris inviolatam refervarunt: sed Lycurgo Legumlatore teste, viri fortes, consiliis praestantes & unanimes, qui, quae subditi fuerunt (ex responso Solonis) obediunt Magistratui, quae Magistratum gesserunt, Legibus obtemperarunt. Utrumque ut sponte factum fuerit, Philosophia & Scholastica institutio effecit. Sic enim de Ecclesia & Schola urbis hujus Theologus celeberrimus, Philosophus ac Historicus eximius Dn. D. David. Chytraeus, pia memoria, in sua Vandaliapag. 37. scriptum reliquit: Stolpae vero, quam Eoa Pomerania metropolin, ad fl. ejusdem nominis sitam, bonorum ingeniorum feracem, bonestae gubernatione

DEDICATORIA.

zione, civium frequentia & commerciis, & Ecclesia & Schola benè constituta, hoc tempore florere cernimus: prima purioris doctrina semina sparsit Petrus Suavenius, Vir nobilis, in ea urbenatus (& Luthero familiaris & charus) qui in privata ad forum domi, civibus aliquot literatis, & Schola Præceptoribus, Pauli ad Romanos Epistolam interpretatus est. Ad hoc excitati Schola moderatores, studia sacrarum literarum non modò apud Scholasticos urgebunt, verùm etiam concionibus in schola habendis, plurimos ad purioris doctrina studium invitabant. Hactenus ille. Vivit adhuc expers sepulchri virtus M. Cornelij Prusini 1564. die Ascens. M. Petri Colrepj, M. Ambrosii Hartuvigj, utriusq. Gregorij Scholastiken, ut Scholastica pubis Doctorum sempiterna laude dignissimorum.

Gaudio perfundor ac optatissimam animi voluptatem haurio, quoties anni ara Christiana 1579. recordor, recordor autem sapiissimè. Ejus enim die 9. Januarij, hora 9. antemeridiana, decimum sextum annum agens (natus 21. die Febr. anni 1563. circa horam 4. matut.) cura & cultura Theosophica me submissurus, Schola Stolpiata limem, ductore Mattheo Kussenio aggressus, ac dextro pede faustòq. sidere fores Musarum ingressus sum. Novitium benevolè suscepit Dn. M. Joachimus Bocatius Rector, Dn. Michaël Jande, Dn. Jacobus Wibenius & Dn. Petrus Colupes, Collega & collaboratores impigerrimi, susceperunt me, inquam, susceptum pietate bonisq. disciplinis informarunt. Benignitati huic publicæ privarum addidit Venerabilis & integerrimus Vir Dn. Joachimus Boninius sancta memoria, Stolp. Ecclesia, dum supererat, minister dignissimus, & ingenuarum artium studia capeffendis mihi strenuus autor, qui parentibus meis (quorum anima sine in requie) gratificaturus, hospitio me exce-
-ptum

EPISTOLA

ptum circiter anni spaciū fovere perrexit 1592. 18. Junij,
 His Meccenatibus ac directoribus primam & phœbeam qua-
 si regenerationem animi mei acceptam fero, ore pleno gra-
 tias me perennes debere, ingenuè publicèq; bac prefatiuncu-
 late statum facio. Fortissimus heros Achilles, vivum Pra-
 ceptorem Chirona magis quàm patrem & amavit & hono-
 ravit: mortuum acerbius deflevit quàm patrem Pelea. Ale-
 xander Magnus ille Macedo, magni orbis domitor, plu-
 rum se debere Praeceptori Aristoteli, quàm Philippo Patri, pra-
 dicare (teste Plutarcho) non dubitavit, idè quod à Philippo
 vivendi, ab Aristotele benè vivendi principium accepisset.
 Quantò justius adejusmodi testificationem publicam & tar-
 gam, beneficentia meorum Praeceptorum (quibus reddi non
 potest æquivalens) me compellat? Ac non modò Praecepto-
 rum Stolpa, sed etiam a, ibi de me dolando & poliendo benè
 meritorum. Magistris ac Praeceptoribus meis, honoris er-
 gò, accensio ipsorum successores, plurimùm Reverendum
 atq; clarissimum virum D. Ludolphum Rolevincum, olim
 Gymnasiarcham & philosophia Magistrum, nunc sacro-
 sanctæ Theologia Doctorem eximium, & Diœcesos in Comi-
 tatu Barbyensi Superattendentem spectatissimum, ac Concio-
 natorem aulicum ibidem dignissimum, Compatrem ac ami-
 cum meum sincerum & optimum: Reverendum itidem
 & Ornatissimum Dn. M. Jacobum Hartovigium, Palæopo-
 li Stolpæ ad D. Petri Pastorem jam agentem meritisimum,
 familiarem mihi baud postremum, ac doctissimum Dn. Phi-
 lippum Frenckingum Græca Latinæq; linguarum cultissi-
 mum. Te pariter jam ultra decem annos Gymnasiarcham
 atq; Regimen summa cum laude gerentem Dn. M. Petrum
 Myrschaum, Logicum disertissimum ac disputatorem acu-
 tissimum, Compatrem meum longè suavisimum: Te Dn. Jo-
 annem

DEDICATORIA.

annem Maderum Astronomum peritissimum, itidem Gomp-
patrem meum longè jucundissimum: Te Dn. Joannem Gos-
singium pubis Scholastica informatorem diligentissimum:
Te denig, Dn. Michaëlem Drenckharen Musicum artificiosissi-
mum, illis annuero. Quorum sanè labor in vinea Do-
mini Scholastica haud fuit inanis. Provenierunt inde, tan-
quam ex equo Trojano, vtri permagni & clari, Ecclesia &
Rerum publicarum columnina & lumina: ex plurimis paucis-
simi nominandi sint. Henningus Juen Stolpensis, Episcopus
Caminensis in ordine XX. & primus Academiae Gryphisval-
densis, anno 1456. fundatae Cancellarius Bartholomaeus Sna-
venius, filius Georgij Consulis Stolpensis itidem Episcopus
Caminensis, in ordine XXVI. Martinus Weierus similiter
Episcopus Caminensis in ordine XVII. Electus anno 1549.
1. Augusti, † 1566. Henricus Ramelius Wustervicensis,
Dn. Joanni Fridrico Duci pomeraniae Stetin, &c. postea
Friderico II. & Christiano IV. Regibus Daniae Cancellarius
Teutonicus eximius & pacificus.

Præsides verò provinciales Stolpiae ac Sclaviana Dy-
nastia frequentes: Joannes Staëntinus Gorenensis, filius Petri
equitis aurati. Martinus Ziezwitzius Multrinenensis, filius
Jarislavij. Nicolaus Weierus, Neobaviensis & Damm-
sis &c filius Joannis. Georgius Ramelius senior, Weiten-
bagenensis, filius Doringi Equitis aurati. Gerardus Belovius
Peestensis filius Antonij. Suantes Tessen Schmoosmensis filius
Martini. Jacobus Kleisius Ruschensis. (antea Cancellarius
Joan. Frid. Ducis Stetin Pom.) filius Thomae. Quorum animae
sunt in fasciculo viventium. Domianus Winterfeldius Winterbagenensis filius
Lucae; Cui Deus s. nam. tranquillam & vitam in annos Nestorios ac prope-
rum consiliorum successum ad nomen sui gloriam, Ecclesiae & Reipubl. in-
crementum concedat benignissime.

Consulem extraneum sive advenam intracentum &
ultra

EPISTOLA

alii animas ob pecuniam in hac Schola cruditorum indigentiam, nullum adsciscere, amplissimo & Consulatissimo Senatui nostro non opus fuit. Sunt autem, qui ad meam noticiam pervenerunt, Consules autem hocce hi precipui: Nicolaus Furmannus. 1476. Georgius Snaevenius, pater supradicti Episcopi. Jaannes Mietzlavius. Petrus Klemptzius Petrus Snaevenius. Ambrosius Pritzius. Daßermannus Gerdcus. Joachimus Mietzlavius. Bartholomaeus Schulzetus. Joachimus Pritzius. Petrus Klemptzius. Dionysius Schomaker. Michael Klemptzius. Dionysius Hoppius (jam Illustriss. Ducissa Erdmudi à Confiliis.) Jaannes Cobrepinus. Ambrosius Mietzlavius. Wolfgangus Pustkammerus. Michael Pritzius 1613.

Juris consules: Nicolaus Klemptzius, filius Petri Consulis Stolp. Illustriss. Principi D. Barnimo IX. Duci Pom. à secretis, Chronici Pom. manuscripti autor, Hubus Steinhart. J. U. D. Jonatas Gutzlavius, J. U. D. primum Ducalis Pedagogus Stetin. Rector, postea Duci Joanni Fridrico à Confiliis, denique Ducum Holfatia Cancellarius. 1611. 16. Januar. Frolichus Pritzius J. U. D. & Ducalis Consistorij Stetin. Director. Jonatas Hartvoigius, J. U. D. natus 1570. 1610. 5. April. Dantisci, Martinus Bocatus Belgard. J. U. D. 1613. Jacobus Nimmer, J. U. D.

Medici: Nicolaus Schulzetus Medicina Doctor & Decum Stetini Archiater. Joachimus Ursinus Medicina Doctor, & Lubecensium Physicus Ordinarius. Joachimus Zulaus Med. Candidatus.

Magisterij gradu ornati vel alijs Viri doctissimi: M. David. Crollius senior, Ecclesia Stolp. Paroch. Pastor & Praepositus meritisissimus, cui 19. Septembr. h. 11. pom. anni 1614. pie defuncto, ab Illustriss. Principe Dn. Philippo II.

Duce

DEDICATORIA.

Duce Pom. legitime vocatus, in Praepositura successit Dn. M. Daniel Rubenovius Stargard. Concionator aulicus. M. Ambrosius Hartuvigius, Schola Stolp. Rector. † 1572. 12. Febr. Dn. Laurentius Mollerus, Schola Hildesheimensis Rector, Theandro Luthero ac Philippo Melanchthoni familiaris ac charus: In Consulem ibidem communibus suffragiis electus, vocationem respiciens, in patriam suam cum uxore huc se recepit, ibiq; placide expiravit. Dn. Ambrosius Cizovius Pastor Ecclesiae Colbergensis, † 1583. Dn. Thomas Cossans Pastor Ecclesiae parochialis. Dn. Gedeon Klemptzins Ecclesiae Palaeoparaciana in Rugia Wislandiana Insula Pastor. Dn. Dionysius Dubbens Ecclesiae Stolp. Diaconus, † 1594. 7. Junij. M. Joachimus Neresius civitatis & castrorum Memelensium Pastor & Archibresbyter. M. Andreas Wislius, Gymnasi Dantiscani Professor. M. Josua Thoma, Schola Regimontana in Borussia Collega, ibiq; 1588, † M. Michæl Nessenius, ibidem Schola collaborator, ac † M. Jacobus Hartuvigius, Pastor Ecclesiae Palaeopolitana ad D. Petri, natus 1569. 6. Julij, inter 6. & 7. h. matur. M. Petrus Myrschans, Schola Stolp. Rector. M. Joannes Wolderus, Ecclesiae Stolp. paroch. Diaconus. Dn. Joannes Himmelius, Gymnas. Durlach & Spirensis Rector. Dn. Antonius Steinbort. Dn. Josephus poltzin Ecclesiae Butoviensis Pastor. Dn. Andreas Grantzin Ecclesiae Rugenwaldensis Pastor. Dn. Urbanus prolaus, Dn. David Albinus, uterq; Diaconus Ecclesiae Stolp. Dn. Bernhardus Myrschans Ecclesiae Hunnovidiana in Alsatia superiore pastor. Ut interim silentio praeteream nobiles praeclarè doctos, Senatores Consultissimos, LL. Candidatos prudentissimos, Ecclesiarum & scholarum Moderatores hinc inde dispersos innumeros, spectatissimos.

At excipere ac obicere forsam Lectorem peregrinum
c 2
delectet,

E P I S T O L A

delectet, quod omnium rerum vicissitudo sit fortunaq; volu-
bilis erret, atq; ut Troes, ita Stolpenses fuisse, non amplius
esse. Verum exceptionem ejusmodi detrectatricem experientia
testimonium irrefragabile in sumum dissolvit. Quamvis e-
nim, ut in rerum natura, quæ spectatissime florent; celeberrime
marcescant, velut rosa, lilia, viola, cum alia durent:
ita in hominum vita. Scholasticæ regimine quæ florentissima
plerumq; fuerint, citissime vertantur in diversum. Stolpenses
tamen sunt Stolpenses, à pristina fortuna non deflexerunt,
nec à majorum virtute ac moribus degenerarunt. strenui fue-
runt, strenui sunt, & (Jehova fortunante) manebunt. Scho-
la floruit, floret vestra cura & culturâ, viri optimi, & ut
floreat Christo & Patria semper in votis habeo semper:
Utq; ipsi ingeniorum genitori, & natura (ut cum Philoso-
phis loquar) naturanti Deo gratias tanto majores agatis, vo-
bis gaudeatis, discipulis vestris morigeris & constantibus
gratulemini, commovete quæ memoriam vestram & recol-
ligite (pro ut literatissimi nobiles in pradiis ac aulis, nec non
cives prudentissimi in suis adibus meritis colligunt) quid-
nam boni intra decennium proximum M. Petro Myrscbae
Rectore, vestra in schola factum fuerit. Nonne præter lingua-
latina, prosæ ac ligatæ, pietatis & artium discendi didacæ-
læ ac studium, cathedra vestra, modò Logicis: modò Theo-
logicis, modò Phisicis, modò Politicis disputationibus exquisi-
ssimis insonnit? Nonne Oratoria rostra, orationibus ac
declamationibus variis, subinde resquantia, ornamentum
patriæ, auditorio emolumentum & incrementum attulere,
chorus Musicorum ad quantam æmulo conscenderit, quanta
varietate & subtilitate parochiale templum, seu potius cul-
tum in illo, Trinum in Deo præstitum decoravit, benè exte-
riq; instar peregratis, melius vicinis oppidis, optime hujus
urbis.

DEDICATORIA.

urbis incolis constat. Quam etiam utilem frugum copiam, Scholasticus cœtus hic messuerit ac legerit, memorant, præter incolarum filios, juvenes Kametij pomerano. Dani, Putkarni, Ziszwitzij, Massovij Wojacuj, Belovii, Zastrovii, Mietzlarvii, Pirchenii, Schwetzkovii; &c. plenis, quod ajunt, tubis decant Saxones, Hassi, Megapolitani, Hungari, Borussiae Stilesii, Marchici; alii non pauci utriusq. pomerania civitatum ablegati filii commendant. Tantum ergo abest, ut Milesii ac Stolpiaci fuerint strenui, ut potius Scholarchiam, quod attinet, Resp. hac divina benedictione fruens accreverit, altius & latius inclaverit, ac progressum honorificum proximis in annis fecerit. Tu o Sancte Spiritus, sine cuius numine nihil est in homine, bonum opus ceptum, speramine tuo fove & promove.

Hic chorus laude cumulatifsimus & Stolpiacæ Scholæ Doctorum, qui viva voce doctrinam in aures & animos discipulorum suorum arte reformandorum infuderunt. & pariter memoria sempiterna ob industriam & fidelem culturam sub eodem Magisterio; moribus, linguis atq. scientiis addiscendis impensam ac jugiter tributam, dignissimorum olim discipulorum inde ortorum ac aliorum translatorum.

Speculum sit & docentium & discentium; ne multitudine & magnitudine rerum necessario agendarum defectu hastam abijciant, arenâ cedans, ac officio suo defuisse aut prorsus nuncium ei remisisse prædicentur.

Vivis Magistris subordinantur Magistri seu muti libri, ut causa plurimum adjuvantes. Siquidem bant aquas cribro, qui discere vult sine libro. Consultissi-

EPISTOLA

num quidem fueris, ubi viva vocis erit copia, libentius auscultare quàm legere, si modò mediocri sit eruditione quàm audis. Ubi verò non erit, libenter, quasi non minus opera precium facturus sis, ad libros confugere, sed ad optimos. Nulla etenim potest esse vita jucundior aut certè commodior quàm absente Magistro vivo semper legere aut scribere, ut res presentes ac nova cum antiquis quasi colloquantur, & omne tempus quod & prateritum est & futurum, adminiculo librorum, nostram fiat tempus. O praeclaram & jucundam librorum familiam! Non obstrepat, non inclamat, jussa loquitur, iterum jussa tacet, ad omne imperium praesto est, ac secunda memoria loco habenda. Ut verò non omne id aurum est, quod splendet ut aurum: ita nec omni liber, id quod de ipso tibi polliceris, praestabit. Titulus saepe oracula & secreta vendidat, pagina vilia & vulgaria tantum continent. Delectus igitur instituendus, ut quondam institutus à Ptolomæo Philadelpho Egypti rege, qui milia sermè septingenta, teste Gellio lib. 6. cap. 17. vel myriades quinquaginta id est, 50000. ut habet Aristæas pag. 21. utilissimorum librorum, sumptibus suis Alexandria congestis.

Quamvis igitur numero sermè incomprehensibiles Philosophicorum librorum typi divulgata reperiantur interpretationes, commentaria, glossæ, Epitoma, resolutiones, dispositiones, partitiones, nescio qua non: in rem tamen & vigilantium cordatorumq; Professorum seu Praceptorum, & studiosorum adolescentum Minerva pullorum, fore arbitrabar, si quemadmodum in Theologia ante à me factum fuit, ita in Philosophia collustranda & promovenda, operam aliquam locarem. Ex innumerabilibus igitur illis aliquos duntaxat autores & expositores optimorum ac prudentissimorum DD. suffragin & calculis commendatos exquirere ac seligere, & ordine multorum seculorum Criticis oculatissimè & cordatissimè approbato, disponere volui. Occurrit Theologo concionaturo vel publicè lecturo Sententia: proponitur Iuriconsulto vel Themidos pullo Lex aliqua; objicitur Medico Aphorismus vel Paragraphus, ex fundamentis Philosophici certitudinem & enucleationem desiderans: quid consilij? quid auxilij? & ubi querendum vel invenendum? Viva & exegetica interpretis vox abest, ad mortuum igitur & mutuum veriloquium, Bibliothecam nempe te converte, converte, & inde certum consultorem delige, neminem ejus excerpe suffragin ac sententiam expece, nec dubita quin voluntati tuo nutui tuo, ex voto sit

DEDICATORIA.

Is morem gesturus ac profuturus. Tu modò ut viva voce monentibus, ita nato nutu dirigentibus obsecunda, & imitationem tibi capestrandam esse persuasissimum habe.

Vobis autem Clarissimi, Spectatissimi omniq; virtutum genere Ornatiſſimi viri, Compatres & amici debita observantia honorandi, vobis inquam vestriq; nominibus, quod istum vigiliarum mearum factum offerre atq; dedicare voluerim, haud quisquam, ne dum vos, admirabimini. Rem etenim paulò diligentius mihi perpendenti attentiusq; consideranti, causa profectò satù probabiles & graves sese offerunt. Est in apicem & medium publicum posita officij Scholastici dignitas, cuius exemplum gessit in se ipso Iehova, in statu integritatù, etiam antè Evam ex viri costa conditam, & conjugij institutionem, ut supra plene planeq; demonstravi, ut latere patiar sempiternam & infinitam Scholæ durationem. Officia omnia, tum Magistralia; tum Ministerij Ecclesiastici Sacramenta huius vite terminis clauduntur, atq; cum ipsius mundi conditi reali & nob' votis futuro interitu desinent. Vita autem aeterna erit *χολή*, liberale otium, requies & Academia perpetua, in qua (utar Orthodoxi D. Davidis Chytræi verbù, à pia antiquitate mutuo sumptu) coràm audiemus Doctorem Filium Dei, & cum praeceptoribus nostris Prophetis & Apostolis colloquemur, & dictata repescentes plura ab eis discemus. Ob istas & similes causas Carolus Magnus artium liberalium Doctores, præ cæteris veneratus est, teste Aventino lib. 4. *annal. Bojorum*. Quidni divinum vestrum officium ego in pretio habeam? Deinde afficit & allicit me ad vos, constans vestra, Reclorù nempe & Collegarum amicitia, & super virtutù artiumq; solida basim extructæ Unanimitas, albo corvo cynosq; nigro rarior: utinam & in ministerio nostro Ecclesiastico ejusmodi concordia floreret. Nec præterit me officij vestri Scholastici cum Ecclesiastico Ministerio communicio & affinitas. Quemadmodum igitur anno superiore Bibliothecam meam Theologicam velut mearum frugum primitias, Theologù Synodo huius diæceseos addidisti, inscripsi, sic etiam mihi visum fuit, hanc Philosophicam vobis Scholæ arbis nostræ gubernatoribus nuncupare & consecrare, ac ita Ecclesiam seu Ministerium nostrum ejusdemq; seminarium, scholam videlicet, semper mutuo se velut Cherubim in propitiatorio respicientes conjungere, & in unum junctum corpus mysticum coagmentatas, magis magisq; quantum in me est, adunari & artius adunatis gratulari. Estimulas me porro gratitudinù mee perpe-

tuam

EPIST. DEDICAT.

eruditi, quam animo beneficiorum ab ista schola Stolpiaca, seu matre fecundata & animi literis culti parentibus præceptoribus paulo ante naminatum recensitu, acceptorum memore, & subinde pristina recolligente conceptam eternitati voveho sacratamq; dicabo. Deniq; cum filios pignora mea reliqui terrenis opibus largè preferenda, de quibus, ob testimonium vestrum satum honorificum, bonam spem concepi ardente pietate, vera veri Dei agnitione, honestiq; artibus & moribus humanioribus imbuenda, fidei institutioneq; vestra commiserim: vestram quoq; fidelitatem ac in illis erudiendum & promovendum diligentiam probe probe perspexerim: eadem verò ut porro illi præfectu, obnixè vps oro. Volui ista qualicunq; grati animi significatione, & exhib. magisterio tamén ac provincia vestra competente, munusculo literaria vobis alacrescer in Philosophico Apollineo stadio dramo currentibus, ac tyrones vestros currere, docentibus, cum calcar, cum refrigerium addere.

Vobis verò nobilissimi ingenii bonestis, optimaq; indoli, frugis ac strenu-
diosis adolescentes filicliq; charissimi, eundem Elenchum dicare & consecra-
re placuit, ut prædictorum in hoc ipso olim Lyceo eruditorum; & ad præcepta
summaq; honorum fastigia, (in quibus poetæ Dec & hominibus in functioni-
bus Ecclesiasticis, Scholasticis, Politicis ac Oeconomicis utiliter servierunt)
evectorum, exemplis incitari ad similes consequendos pariq; modo collocan-
dos, aspi. et in viribusq; omnibus unite enit. amini, recordantes dicti Apostolici:
Si cerret aliquis, non coronabitur nisi legitime certaverit. Et:


Non qui certamine segnes

Aspiciunt, sed qui pugnant, meruère coronas. Item:

Non nisi certanti pulchra est speranda corona.

Palمام, qua capitur gloria, FINIS habet.

Postea ut hisce lucubrationibus & subsidio meo qualicunq; conatus vestros
laudabiles ad finem prosperum promovendo adjuvem. Hoc ut Deo acceptum
ita vobis Dominis Mederatoribus & Collegis, amicis gratum: tibi Stolpiaci
Lycei studiose juvenuti hactenus laudabili fructuosum, Scholæ & Academi-
æ aliis utile, & ad animi dotes ab intellectu & voluntate lapsu Protopla-
storum avulsas, instaurandas; Veritatis itidem agnitionem & beneficiis ex-
citationem causandam, commodum & conducibile fiat, ex animo precor,
divina benedictionis & protectionis largitati vos, vestros liberos, liberales
sanctosq; labores ac studia, meq; meosq; ut possum, commendo. Dabuntur
Palaepoli Stolpigena. 30. Aprilis. anni æræ Christianæ. 1616.



PHILOSOPHIÆ PARTIUM AUT OMNIUM AUT PRÆCIPUARUM DE- SCRIPTIO.



Brahmi de Cardes Dani, Florilegium Philosophicum, autoritates Platonis, Aristotelis, Senecæ, Boëthii & aliorum, Witeb. 1606. V. in 8.

Achillis Bochii Symbolicarum questionum de universo genere, libri. 5. Bononiz. 1575. in 4.

Egydii Strauchii Centuria prior & posterior illustrium questionum, Witeb. 1607. in 4.

Alberti Carabissi Methodus in universam Philosophiam Aristotelis. Uratislavia: Forma patenti. 1613.

Alberti Magni Summa Philosophiæ: de causis, qui liber est quasi compendium totius Philosophiæ. Eiusdem Philosophica opera omnia, Lugduni.

Amandi de Bellovisu Explicationes terminorum Theologorum, Philosophicorum & Logicorum, quæ jam nimis diu non sine studiose juventutis detrimento latitarunt. Argentorati. 1604. A. in 8.

Ambrosii Leonis Nolani opuscula, de pleno, claro, docto, pulchro, &c. Venetiis, 1514. in fol.

A

Ambrosii

Ambrosii libellus de philosophia, ex Aristotele, ejusque interpretibus collectus, imprimis verò ex lectionibus D. Simonis Simonii, Jenæ. 1580. in 8.

Andree Brentii farrago philosophorum, h. e. varii modi processus & sententiæ philosophorum pervenienendi ad lapidem philosophicum seu benedictum, Ambergæ. 1611. A. in 8.

Andree Duedi, Francisci filii, patritii, Veneti, de habitibus intellectus libri sex, universæ philosophiæ principia & fundamenta compendiosè detegentes, Basileæ. 1603. A.

Andree Libavii Med. D. de universitate & originibus rerum conditarum contemplatio singularis Theologica & philosophica, juxta historiam Hexæmeri Mosaici instituta & in libros septem distributa, Francof. 1610. V. in 4.

Andree Matthæi Aquivivi Hadrianorum Internatumque Ducis, illustrium disputationum libri quatuor, ibidem. 1609. V. in 4.

Anonymi philosophiæ totius Synopsis, Lugduni, 1588. in 8.

Anitii Manlii Torquati Severini Boethii de consolatione philosophiæ, postemendationem Pulmæmicam, ad vetustissimas membranas recogniti per Conradum Rittershusium I C. 1602. in 32.

